Zu der

öffentlichen Prüfung der Schüler

des

Gymnasiums

und der damit verbundenen

Realschule erster Ordnung

zu

Rendsburg

am 7. und 8. April 1870, 9 Uhr,

ladet geziemend ein

der

Director
Dr. P. S. Frandsen,
Professor, Ritter des Dannebrog-Ordens dritter Classe.



Inhalt.

Rendsburg.
Druck von H. Gütlein.
1870.

De

Plutarchi commentario in Hesiodi Opera et Dies.

Is commentarius in quem et omnia fere omnium criticorum studia Hesiodea confluxisse et unde quaecunque de veteribus grammaticis in scholiis nostris afferuntur derivata videntur Plutarchi est quatuor ut videtur libris compositus. Nam quem Gellius 20. 8 citavit locum „id etiam inquit multo mirandum est magis quod apud Plutarchum in IV in Hesiodum commentario legi: caepe tum revirescit et congerminat decedente luna contra autem inarescit adolescente: eam caussam —“ is ad v. 780 pertinuit ubi scholia quoque nostra quae sit lunae vis ad plantas hominesque exponunt p. 428. 20 ss. *Καλῶς ἐπέστησεν ὁ Πλούταρχος ὅτι —· τὸ γὰρ προκαλέσασθαι τὸν ριζικὸν λόγον καὶ ἐις ἐπίδοσιν ἄγειν καὶ βλάστην ἐσήμηνεν διὰ τοῦ ὀνομάσαι* (Wyttenb. *ὀνόματος* vulg.) *πρὸς ἃ συντελεῖ, πλεῖον ὂν τὸ ἐκ τῆς σελήνης ἐν ταύτῃ φῶς.* cf. 430. 4. ss. ad 782 *τὴν ἑκκαιδεκάτην μέσην ἕκτην ἐιπὼν ὠφέλιμον ἐἶναι τοῖς φυτοῖς φησὶν δι᾽ ἣν ἔιπομεν ἀιτίαν· τὸ γὰρ φῶς χλιαρὸν ὂν τὸ σεληναῖον τότε καί ὑγρὸν προσκαλεῖται τὴν βλάστην αὐτῶν κ. τ. λ.* Jam cum v. 780 in quarto libro interpretatus sit ad paucos qui restabant versus quintum non adjecerit: quod si concedis magna cum veri similitudine quot versus singulis libris comprehenderit conicere licet. Ipsum enim carmen in quatuor partes disponi potest et a nonnullis viris doctis dispositum est: quarum prima versus 1—199 altera 200—381 tertia 382—694 quarta 695—828 continet. Eodem modo jam a Plutarcho hoc carmen dispositum videtur. [1])

---

[1]) Ipse nunquam commentarium suum commemoravit: sed Cam. 19 eum significasse videtur: *περὶ δ᾽ἡμερῶν ἀποφράδων ἔιτε χρὴ τίθεσθαί τινας ἔιτε ὀρθῶς Ἡράκλειτος ἐνέπληξεν Ἡσιόδῳ τὰς μὲν ἀγαθὰς ποιουμένῳ τὰς δὲ φαύλας ὡς ἀγνοοῦντι φύσιν ἁπάσης ἡμέρας μίαν οὖσαν ἑτέρωθι διηπόρηται.*

Ipsum commentarium amplissimum fuisse ut unum fere quemque versum illustrarit schol. ant. 436. 28 docet (798) τοὺς πρὸ τούτων δ' στίχους οὐδὲ μνήμης ὁ Πλούταρχος ἠξίωσεν ὡς ἂν μὴ φερομένους —.

Sed cum dudum interierit commentarius nihil fere superest nisi quae frustula per scholia nostra dispersa sunt. Interiisse autem eum et postquam Tzetza suam ἐξήγησιν composuerit nec Moschopulum eo usum esse inter viros doctos convenit. Et recte a Moschopulo eum non esse ad Ἔργα explicanda adhibitum negarunt: quippe qui quae e Plutarchi libro attulit ex antiquis scholiis hauserit 305. 15. τὴν δὲ αἰτίαν ὁ Πλούταρχος λέγει v. schol. ant. 305. 25 — 429. 13 τὴν αἰτίαν δὲ τούτων ὁ Πλούταρχος λέγει v. schol. ant. 428. 29. Verum etiam e Tzetzae scholiis qui putaverunt Plutarchea posse erui[2]) vehementer errarunt. Aperte enim Tzetza Plutarchea se ex antiquis scholiis hausisse fatetur p. 188. 14 ὁ Πλούταρχος καθά φησι Πρόκλος ὀβελίζει[3]) τοὺς ἑπτὰ τούτους στίχους. v. schol. ant. p. 188. 1. et quibus locis Plutarchi sententias affert antiquioribus scholiis usus est.

Tz. 228. 19 ὁ μὲν Πλούταρχος ὀβελίζει λέγων κ. τ. λ. schol. ant. 228. 13 τούτους ὁ Πλούταρχος ἐκβάλλει τοὺς στίχους κ. τ. λ.

Tz. 239. 4. οἱ περὶ Πρόκλον καὶ Ἀρίσταρχον ἢ Πλούταρχον ἀδιανόητον τοῦτό φασιν εἶναι καὶ περισσόν. schol. ant. 238. 6. τὸ δέ γε 'γηραιὸς δὲ θάνοις' παρέγγραπτον ὡς ἀδιανόητον.

At ais unde Plutarchi unde Aristarchi nomen hausit cum in antiquo scholio non legatur? Offensus est eadem re Schoemannus l. l. p. 19 qui tamen non ita ut nobis placeat eam expedivit.[4]) Nam quod in nonnullis codd. Ἀρίσταρχον ἢ omissum est id nil valere videtur: saepius enim scribae scholia decurtarunt. Neque ea inter Aristarchi et Plutarchi nomen similitudo intercedit ut utrum scriptum sit dubitari possit. Sed satis scivit Tzetza quod et nos scimus ab ipso Proclo artem criticam in Ἔργα non factitatam esse referendas esse ejus atheteses ad antiquos auctores. Habuisse igitur eum quamvis nomen non addidisset quos secutus esset conclusit: et quinam erant? Nimirum ei qui et alibi ejus auctores sunt Plutarchus et Aristarchus. Jam utrum hoc loco secutus esset cum dijudicari non posset caute Tzetza Πλούταρχον ἢ Ἀρίσταρχον scripsit.[5])

---

[2]) Wyttenb. Plut. Mor. V. 3. 768 ss. ab eadem sententia stat Welcker Kl. Schr. II 18 „da Tzetzes so viel aus Plutarch's Commentar abgeschrieben hat".

[3]) Hoc verbum restituendum videtur schol. Theog. 485. 7 ταῦτα δύο ἔπη ὁ Σέλευκος ἀθετεῖ· οἱ δὲ περὶ Ἀρίσταρχον τὸ ἐξ ἀρχῆς μόνον ὀβελίζουσιν pro vulg. λέγουσιν.

[4]) „Quamquam de Aristarcho res non satis certa est: nam et deest ejus nomen una cum ἢ conjunctione in aliquot codicibus neque in iis quae nunc feruntur Procli scholiis leguntur ut conjicere liceat subesse aliquem librarii errorem qui quum ambigeret utrius nomen Plutarchi an Aristarchi in eo quod describebat exemplo scriptum esset utrumque ponere maluerit."

[5]) cf. quae infra de v. 378 disputabimus.

Tz. 225. 20. *δείκνυσι τοῦτο Πλούταρχος. Θεμιστοκλέα γάρ φησιν ἢ Κάτωνα πιπράσκοντα τὸν ἀγρὸν λέγειν ὅτι ἀγαθὸν ἔχει γείτονα.* schol. ant. 226. 13 *λέγεται ὅτι Θεμιστοκλῆς χωρίον πιπράσκων ἐκέλευσε κηρύττεσθαι ὅτι ἀγαθὸν ἔχει γείτονα.*

Unde Plutarchum haec narrare scivit Tzetza? Scilicet quae corrupte nostra mss. praebent *λέγεται ὅτι* ea integra ille ante oculos habuit *λέγει Πλούταρχος ὅτι.*[6]) Sed quod apud eundem legitur *ἢ Κάτωνα* ipsius pravum additamentum est cum Catonis nomen ejus menti inhaereret e schol. ant. 225. 5. Est enim *ὀυ σπουδαστέον ἀλλ᾽ ἀυτοσχέδιον* ejus *ἐγχείρημα ὥςπερ ἄρα καὶ ἴσασιν ὅιτινες ἡμᾶς ἐις τὸν ἆθλον τοῦτον συνώθησαν* Tz. 12. 2. Quo factum est ut saepius in graves errores incideret Tz. 32. 8. *ἔτι δὲ καὶ τοῦτό φησιν ὁ Πρόκλος· δῆλον ὅτι ὀθνεῖον τὸ προοίμιον — — ἐκ τοῦ πολλοὺς ἐντυχεῖν τούτῳ τῷ βιβλίῳ ἀπροοιμιάστῳ:* non multos sed unum Praxiphanem *ἀπροοιμίαστον* librum vidisse Proclus tradit 3. 20 ss: confudit hoc Tzetza cum altero illo quod multi obelo prooemium confoderunt. Zenonem[7]) ordinem versuum 293. 4 permutasse scholia antiqua 200. 20 referunt: *Ἀρίστιππος δὲ λέγει ἀπ᾽ ἐναντίας ὁ Σωκρατικὸς κ. τ. λ.* Quid Tzetza? *τοὺς δὲ τοῦ Πρόκλου Ζήνωνας καὶ Ἀριστάρχους παρεατέον ὡς περιττούς* 201. 23. Nec minus ineptus est cum 72. 12 acerbissime ut solet eam Procli sententiam perstringit (71,27) quam ipse 67. 8 amplexus est.

Sed restat unus locus Tz. 142. 27 *περὶ δὲ τῶν ἐν Ὠκεανῷ νήσων Ὅμηρος καὶ ὀυτοσὶν ὁ Ἡσίοδος καὶ Λυκόφρων καὶ Πλούταρχος καὶ Φιλόστρατος καὶ Δίων καὶ ἕτεροί τινες συγγεγραφήκασιν —· ἐκεῖσε δέ φασιν κ. τ. λ.* qui neque in antiquis scholiis quo referatur habet et quem e Plutarchi commentario haustum esse Wyttenb. l. l. Welk. l. l.[8]) contenderunt. Minus recte hoc illos viros doctos contendisse ipsa verba *ἐκεῖσε δέ φασιν* docent et significasse videtur Tzetza qui erat diffusae et confusae doctrinae homo Plutarchum citans ejus librum de Def. Orac. p. 419 de Fac. in Orb. Lun. 941 c. vit. Sert. 9. quem inprimis secutus videtur Procop. bell. Goth. IV 20.[9]) eum ne nominavit quidem. Sed deferimur hac re ad alteram quaestionem quae est de condicione scholiorum antiquorum Proclo vulgo tributorum. Inde enim a Heinsio qui in his studiis versabantur Procli scholia mutilata esse inte-

---

[6]) Ceterum ipsum hoc dictum Themistoclis legitur Plut. Them. 18. *ἴδιος δέ τις ἐν πᾶσι βουλόμενος ἐιναι χωρίον μὲν πιπράσκων ἐκέλευε κηρύττειν ὅτι καὶ γείτονα χρηστὸν ἔχει.*

[7]) Zenonis nomen etiam reponas schol. Theog. 477, 8 *χάυς λέγει τόν κεχυμένον ἀέρα· καὶ γὰρ Ζήνων* (*Ζηνόδοτος* vulg.) *ὄυτως φησί·* cf. ib. 13 *Ζήνων δὲ ὁ Στωϊκὸς καὶ τοῦ ὑγροῦ τὴν ὑποστάθμην γῆν γεγενῆσθαί φησιν·* 482. 4 *ὁ Ζήνων φησὶ τοὺς τιτᾶνας διὰ παντὸς ἐιρῆσθαι τὰ στοιχεῖα τοῦ κόσμου.* 484. 2. *Ζήνων δὲ πάλιν φυσικωτέρως τὰς ἐγκυκλίους φορὰς εἰρῆσθαί φησι* quae omnia eundem auctorem produnt.

[8]) cf. Lauer. Liter. Nachl. I. 314.

[9]) cf. Gessn. de navig. extr. col. Herc. 1. 3.

grioribus Tzetzam esse usum docuerunt.[10]) Quod si constaret recte Tzetziana scholia ad restituendum Plutarchi commentarium adhiberi nemo negaret. Sed res secus habet.

Proclum Lycium in Hesiodi Opera et Dies commentarium conscripsisse Suidas s. v. auctor est Πρόκλος ὁ Λύκιος μαθητὴς Συριανοῦ ἀκουστὴς δὲ καὶ Πλουτάρχου τοῦ Νεστορίου τοῦ φιλοσόφου καὶ αὐτὸς φιλόσοφος Πλατωνικός· οὗτος προέστη τῆς ἐν Ἀθήναις φιλοσόφου σχολῆς — ἔγραψε πάνυ πολλὰ φιλόσοφα καὶ γραμματικά. Ὑπόμνημα εἰς ὅλον Ὅμηρον. Ὑπόμνημα εἰς Ἡσιόδου Ἔργα καὶ Ἡμέρας. Sed quae scholia hodie sub Procli nomine feruntur minime ea omnia Procliana esse jam Rankius demonstravit: quamquam is resectis eis scholiis quae vocula ἄλλως addita sunt Procli commentarium restitui posse temere putavit. Illud enim ἄλλως saepissime librariis debetur qui commentarium discerpebant ut quae ad singulos versus ad singula verba pertinerent ibi adscriberent: ubi plures erant explicationes contracta oratione brevius illud ἄλλως scripserunt: ubi margo et quod inter lineas spatium erat ita jam notis occupata erant ut nil addere liceret eas eo transtulerunt ubi inserere licebat praefixo ἄλλως a praecedentibus discernentes. Ut paucis exemplis re defungar afferam 408. 10 οἱ μὲν —· ἄλλως· ἄλλοι δέ φασιν· 54. 21 quod ad 51. 13 vel ad 50. 14 pertinet. 54. 23 quod ad 49. 23 transferendum est 78. 7 quod a 73. 18 male discerptum est. Concedo Rankio saepe in eis quibus illud ἄλλως praefixum est inesse quae cum eis quae Proclo tribuuntur pugnent. Procl. 50. 14. cf. ἄλλ. 51. 13. 54. 21. Pr. 60. 28. cf. ἄλλ. 61. 5. Pr. 66. 6. 71. 9. 24. cf. ἄλλ. 66. 14 all. interdum easdem inesse explicationes Pr. 49. 13. cf. ἄλλ. ib. 20. Pr. 52. 4. cf. ἄλλ. ib. 7. Pr. 88. 9 ἄλλ. ib. 17. Pr. 106. 14 ἄλλ. ib. 26. Pr. 123. 1. ἄλλ. ib. 9 all. At nonne idem in eis quae Proclo tribuuntur scholiis fit? Ad 45 πηδάλιον μὲν ὑπὲρ καπνοῦ καταθεῖο Procl. 71 fin. haec adnotavit ἀλλὰ τὸ πηδάλιον οἴκοι καπνισθησόμενον καταθεῖναι ἅπαξ ποτὲ πλεύσαντα μόνον· εἰώθασαν γὰρ νεωλκήσαντες τὰ πηδάλια ὑπὲρ τῶν καπνιζομένων κρεμαννύναι τόπων ξηρανθησόμενα τοῦ μὴ σῆψιν ὑπομεῖναι χάριν τῆς ἐγκειμένης αὐτοῖς ὑγρότητος: idem ad 629 πηδάλιον ὑπὲρ καπνοῦ κρεμάσασθαι p. 360. 1 de eodem loco monet σεσημείωται δὲ ὡς πρὸς τὸ ἄνω· ἐκεῖ γὰρ κατακαῦσαι σημαίνει. In v. 18 jam tum dubitarunt quo verba γαίης ἐν ῥίζῃσι καὶ ἀνδράσι referenda essent et Proclus quidem p. 50. 14 ad Jovem (Ζεὺς ἐν αἰθέρι ναίων) ea pertinere docet: sed idem eundem locum p. 51. 12 ita explicat ut ad verbum θῆκε eum illa retulisse appareat. In Pandorae fabula 40 ss. enarrata versum 61 ἐν δ' ἀνθρώπου θέμεν αὐδὴν cum v. 79 ἐν δ' ἄρα φώνην θῆκε θεῶν κήρυξ pugnare antiquos grammaticos non fugit: Proclus illos sic conciliare studet 96. 15 τὸν Ἥφαιστον τὸ ὄργανον ἐροῦμεν ὑποστῆσαι τοῦ ἀλόγου δι' οὗ δύναται συμφθέγγεσθαι τῷ λόγῳ· τὸν δὲ Ἑρμῆν αὐτῇ δοῦναι τὴν δύναμιν τὴν λογοειδῆ.[11]) sed ejusdem

---

[10]) Heins. not. ad schol. p. 222 Wolf ad Hes. Scut. p. 82. Schoem. l. l. p. 19 not. 30.

[11]) cf. Plut. Mor. 777 a τὸ δὲ μὲν λέγειν ὅτι δύο λόγοι εἰσὶν ὁ μὲν ἐνδιάθετος ἡγεμόνος Ἑρμοῦ

paginae l. 6. idem Proclus alteram illam interpretationem probat qua Volcanus *το ἐνδιάθετον* Mercurius *τὸ προφορικὸν* Pandorae dederit. p. 137. 15 ita fabulam de quinque aetatibus hominum explicat ut quae nos aetas subsecutura sit meliore condicione vivendi usura sit: contra ea p. 146. 14 ad v. 184 hoc docet *πάντα δὲ ἐκτραγωδεῖ τὰ ἐπεισελθόντα κακὰ ἐν τῷ βίῳ μετ' αὐτὸν κ. τ. λ.* cf. ib. 19 ss. Aliis locis bis idem docet 280. 7. cf. cf. 281. 6. 290. 29 cf. 292. 11. 294. 25 cf. 295. 6 all.

Apparet igitur ea quae sub Procli nomine feruntur scholia non ab uno composita sed e compluribus commentariis antiquiorum grammaticorum contaminata esse.[12]) Antiquos coluerunt deos: nam quae p. 142. 16 leguntur *μακάρων νήσους νῦν τὸν Παράδεισον αἰνίττεται ἤτοι τὸ παρ' αὐτοῖς Ἠλύσιον πεδίον λεγόμενον* additamentum recentius est.

Quo tempore illi commentarii conglutinati sint stabiliri non potest: sed qui Etymologicum magnum composuit Tzetzamque hoc corpore usos esse loci comparati docent. In Etymologico quamvis saepius inde explicationes afferantur auctoris nomen non additum est.[13]) Sed Tzetzam putasse Procli hoc corpus esse inde apparet quod eum saepius auctorem laudat.

Tz.	30. 12.	schol. ant.	4. 17.
	35. 8.		39. 25.
	45. 15.		47. 3.
	65. 7.	ἄλλ.	64. 14.
	102. 21.		101. 25.
	32. 1.		4. 11.
	40. 16.		40. 1.
	45. 16,		47. 8.
	82. 5.	ἄλλ.	82. 17.
	102. 26.		100. 4.
	347. 20.	ἄλλ.	346. 11.
	402. 2.		401. 7.
	420. 27.	ἄλλ.	419. 23.
	130. 1.		128. 20.
	157. 8.	ἄλλ.	156. 8.
	166. 30.		166. 6.
	205. 18.	ἄλλ.	204. 15. all.

δῶρον, ὁ δ' ἐν προφορᾷ διάκτορος καὶ ὀργανικὸς ἑωλόν ἐστι καὶ ὑποπίπτει τῷ 'τουτί μὲν ᾔδειν πρὶν Θέογνιν γεγονέναι'.

12) Hi Utrum praeter Plutarchum aliis commentariis usi sint necne nec negari neque affirmari potest: ipsis Alexandrinorum *ὑπομνήμασιν* eos usos esse non veri simile est ut quae ex illis servata sunt Plutarcho deberi videantur.

13) cf. Et. M. 484. 47 = schol. ant. 55. 34. – Et. M. 576. 23 = schol. ant. 88. 19. Et. M. 48. 36 = schol. ant. 408. 6. all.

Jam eos locos examinabimus quibus Tzetzam integrioribus scholiis antiquis usum esse probare studuerunt.[14]) Saepius autem non certas Procli sententias sed rationem ejus interpretandi *μακρολογίαν* rerum inscitiam perstrinxit 42. 22. 80. 17. 183. 18. 349. 9. 393. 30. 429. 14. 431. 21. Huc etiam eum locum refero quem Schoemannus l. l. attulit quo suam sententiam de antiquorum scholiorum condicione firmaret — 97. 11. *ἐδώρησαν· ἀττικὴ ἀποκοπή. Κἂν καὶ τοῦτο ὁ Πρόκλος Ἰωνικὸν λέγῃ*: vehementer enim Tzetza suum dialectorum studium jactat v. p. 266. 2. 10. Sed 80. 27 versu *πάλιν ὁ Πρόκλος νῦν λαλεῖ βλασφημίας* in certum locum 77. 1. *τὸν Ἰαπετὸν θεὸν οἰητέον εἶναι* invehitur. Neque altero loco quem Schoemannus attulit id quod voluit probatur sed quod quaevis commentarii pagina docet Tzetzam esse ineptum hominem. Ad v. 95

μούνη δ' αὐτόθι ἐλπὶς ἐν ἀρρήκτοισι δόμοισιν
ἔνδον ἔμιμνε πίθου ὑπὸ χείλεσιν οὐδὲ θύραζε
ἐξέπτη·

antiqua scholia haec tradunt 102. 7 *κακῶς δὲ εἶπεν „ἐν ἀρρήκτοισι δόμοισιν“ ἐπὶ τοῦ πίθου δόμον εἰπών. Σέλευκος δὲ γράφει 'πίθοισιν'.* Ad eundem versum Tzetza haec adscripsit 102. 30. *ἀρρήκτοισι δόμοισιν· μεταφορικῶς εἶπεν ἀντὶ τοῦ ἰσχυραῖς συγκρυβαῖς. τίς γὰρ οἶδεν ὅπη τὰ τῆς ἡμῶν ἐλπίδος προβήσεται; θύραζε κυρίως τὸ ἔξω τῆς θύρας· νῦν δὲ καταχρηστικῶς καὶ τροπικοτέρως τὸ ἁπλῶς 'ἔξω' κἂν ὁ Πρόκλος ἐν τοῖς τοιούτοις ψευδῶς αἰτιώμενος καταφορικός ἐστι καὶ ἀφόρητος* 103. 24. Proclum non in voce *θύραζε* fuisse *καταφορικὸν* ipsius Tzetzae verba docent *ἐν τοῖς τοιούτοις* quorum loco si hoc reprehensurus fuisset *ἐν τούτῳ* vel *ἐν τούτοις* scripsisset Et quis tandem credat antiquos illos scholiastas hanc vocis *θύραζε* vim jam apud Homerum usitatissimam ignorasse? Sed conclusit noster Proclum cum auctore Seleuco *δόμος* pro *πίθον* positum repehenderet etiam *θύραζε* cui idem subesset *τρόπος* improbasse.

Non attulerunt qui de his scholiis egerunt eos locos qui unice afferri poterant. 161. 6. *ὕβρις γάρ τε κακὴ δειλῷ βροτῷ· ἡ ὕβρις γὰρ — κακὴ — τῷ ἀγεννεῖ ἀνθρώπῳ ὑπάρχει εἰς τὸ χρῆσθαι αὐτὸν αὐτῇ κατ' ἄλλων οὐχ ὡς ὁ Πρόκλος λέγει.* Frustra autem in antiquis scholiis interpretationem hujus hemistichii quaeres. Sed praebet Voss. Et. M. codex explicationem h. l. a Gaisfordio ad Et. M. 43. 6. et ad schol. Hes. p. 160 not. t) exscriptam quae ex ipsis illis scholiis fortasse derivata est ut

---

[14]) Ad v. 344 Heinsius haec adnotat „haec in Proclo non sunt — — causam itaque non dico quin sequatur *ἢ καταψεύδεσθαι τοῦ Πρόκλου τὸν Τζέτζην* vel quiddam Procli hic desiderari.“ Credo haec apud Proclum non inveniri: neque vero in ejus scholiis lacuna statuenda sed Tzetzae verba emendanda sunt. Male enim duo scholia in unum coaluerunt quorum alterum verbis concluditur *ἐχθρὸν δὲ τὸν ἐχθρογνώμονα καὶ ταραχώδη* p. 223. l 3. alterius lemma est *τόνδε μάλιστα καλεῖν* et eis quae secuntur haec sententia explicatur.

inde lacunam explere liceat. ἣν οὐδεὶς ἡδέως ἔχει ὑβριζόμενος· οὔτε πένης οὔτε πλούσιος οὔτε μικρὸς οὔτε φρόνιμος ἀλλὰ βαρέως φέρει ὁ ἐντυχὼν αὐτῇ κ. τ. λ.

Alter locus qui in scholiis antiquis non habet quo referatur legitur apud Tzetzam p. 313. 15 ad 515 τροχαλόν· κεκυφότα ὑπὸ τοῦ ψύχους τὸν γέροντα ποιεῖ . . . . (lacuna sic explenda videtur κἂν μὴ διάῃ). τινὲς δὲ περὶ τῶν προβάτων οὕτω (leg. τοῦτο) φασὶ 'πώεα δ' οὔτι διάησιν ὅτι δασέα ἐστὶν' τὴν δὲ μίαν οὐ περισσὰν κεῖσθαι.[15]) Tzetza enim aliorum interpretationes ubi affert ex antiquis scholiis hausit:

Tz. 72. 12.	schol. 71. 24.			
74. 25.	75. 29.	76. 27.	78. 18.	
138. 1.	136. 23.	144. 3.	137. 14.	
208. 18.	207. 32.			
365. 4.	366. 15.			

Hoc autem loco neque illa explicatio in eis invenitur et interpretatio hujus versus desideratur. Jam vero ut paucis quae sit hujus disputationis summa comprehendamus cum saepissime Plutarchum Proclum antiquos grammaticos Tzetza citet praeter duos illos locos quae affert in nostris scholiis inveniuntur ut illi ipsi magis casu aliquo excidisse videantur quam ut argumento esse possint illud scholiorum antiquorum corpus quo Tzetza usus sit amplius integriusque nostro fuisse.

Quibus expositis ad Plutarchum redimus quomodo artem criticam in Hesiodi Opera factitarit explicaturi. Ac primum quotiescunque ejus verba afferuntur ne uno quidem loco eam artem criticam exercet quae in singularum vocum corruptelis emendandis versatur: errarunt enim qui sic Procli verba interpretabantur 76. 7 ἀγκυλομήτης. οὕτω γὰρ γράφειν δεῖ καθὰ καί ὁ Πλούταρχος (non ἀγκυλόμητις): invenit ἀγκυλομήτης Proclus in suo Plutarchei commentarii exemplari scriptum. Sed hoc inprimis egit ut poetam popularem suum a cavillationibus grammaticorum rhetorumque defenderet. schol. ant. p. 237. 12 δόξειεν ἂν ἄτοπος εἶναι ὁ στίχος· μήποτε, φησὶν ὁ Πλούταρχος κ. τ. λ. 272. 16, πολὺς ἐν τούτοις ὁ Πλούταρχος ἀμυνόμενος τοὺς γελῶντας τὸν Ἡσίοδον τῆς μικρολογίας cf. Plut. de tranq. an. 13 καὶ μὴ τὸν Ἡσίοδον ἐλέγχειν ὡς ἐνδεέστερον εἰπόντα· καὶ κεραμεὺς κεραμεῖ κ. τ. λ. de vit. pud. 4 Vol. x p. 168 Hutt. οὐ γελοῖον οὖν ὥς φασί τινες οὐδ' ἀβέλτερον τό τοῦ Ἡσιόδου 'τὸν φιλέοντ' ἐπὶ

---

[15]) Apparet igitur Tzetzam sic h. l. legisse:

Καί τε δι' αἶγα ἄησι τανύτριχα· πώεα δ' οὔτι
οὕνεκ' ἐπηεταναὶ τρίχες αὐτῶν· οὐ διάησιν
ἴς ἀνέμου Βορέου, τροχαλὸν δὲ γέροντα τίθησιν.

cf. Tzetz. 313. 14 διὰ δὲ τῶν πωέων καὶ τῶν προβάτων οὐ διαπνέει, ὅτι συνεχεῖς αἱ τρίχες αὐτῶν· ἀλλὰ (legas τἆλλα δὲ) διάησι, δηλονότι τούτων πάντων περιγίνεται, πλὴν τῆς οἰκουρούσης παρθένου ἡ τοῦ βορρᾶ δύναμις.

δαῖτα κ. τ. λ. Plutarchum igitur agnoscas in schol. ant. 207. 31 ad 315 *μηδεὶς λοιδορείτω τὸν στίχον εἰς τὸν πολυάρατον πλοῦν ὁρῶν — ἀλλὰ πλοῦτον οἰέσθω λέγειν κ. τ. λ.* Ubi defendere poetam non potuit ibi interpolationem esse factam statuens obelum adpinxit. Audacissime autem eo eum usum esse ex eis quae de hac re scholia tradiderunt apparet: quippe qui non singulos solum versus obelo confoderit sed satis amplas carminis particulas exterminarit.

Jam quod diximus hoc inprimis eum secutum esse ut crimen *τοῦ γελοίου τοῦ ἀτόπου* poetae arceret hae ejus atheteses docent.

267/73 *τὸ μὲν λεγόμενον φανερόν· εἰ μὴ ἔστι δίκη καὶ τιμωρία κατὰ τῶν ἀδίκων μήτε ἕξουσί τι πλέον οἱ δίκαιοι τῶν ἀδίκων ἐν τῷδε τῷ παρόντι ὃ ἐφορᾷ ὁ Ζεὺς μήτ' αὐτὸς εἴην δίκαιος μήτε παῖς ἐμός· εἰ δὲ διὰ τὸ* (ins. *πλέον ἔχειν τὸ*) *δίκαιον* (ins. *ληπτὸν*) *καὶ αἱρετὸν κἂν μὴ ᾖ* (ins. *ἐκ*) *προνοίας* (*ς ληπτὸν* ins.) *καὶ φευκτὸν τὸ ἄδικον δῆλον ὅτι πᾶς οὗτος ὁ λόγος περιττός· διόπερ ὁ Πλούταρχος τοὺς ἑπτὰ στίχους τούτους ἐκβάλλει ἀπὸ τοῦ „πάντα ἰδὼν" ἕως τοῦ „ἀλλὰ τά γ'" ὡς ἀναξίους τῆς Ἡσιόδου περὶ δικαίων καὶ ἀδίκων κρίσεως.* p. 187 fin.

353/5 (351) *τούτους ὁ Πλούταρχος ἐκβάλλει τοὺς στίχους· ὁ γὰρ μέλλων λέγειν ὅτι τοῖς ἀγαθοῖς τὸ διδόναι προσήκει καὶ ὡς χαίρουσι διδόντες ἄτοπος ἂν εἴη λέγων „καὶ δίδοντι διδόναι καὶ μὴ διδόναι τῷ μὴ διδόντι." οὕτω γὰρ ἂν τὰς δόσεις ἀναγκαίας ἐποίει τὰς δὲ προκαθηγουμένας τῶν εὐεργεσιῶν ἐξέκοψε* v.228. 13.

757/9 (755) *ταῦτα διαγράφει Πλούταρχος ὡς εὐτελῆ καὶ ἀνάξια παιδευτικῆς μούσης μὴ ἐν προχοαῖς ποταμῶν ἢ κρηνῶν μηδ' ἀποπατεῖν· τοῦτο γάρ ἐστι τὸ ἀποψύχειν* 411. 27.

798/9 (795) *τοὺς πρὸ τούτων δ' στίχους οὐδὲ μνήμης ὁ Πλούταρχος ἠξίωσεν ὡς ἂν μὴ φερομένους· τούτους δὲ ἐξηγούμενος ἀξιοῖ μὴ ἐγκαλεῖν τῷ Ἡσιόδῳ ὡς ἂν γελοίως εἰπόντι μὴ χρῆναι λύπας ἑαυτῷ κινεῖν ἐν ταύταις ὡς δέον ἐν ἄλλαις τισὶ τοῦτο ποιεῖν.* p. 436. 28.

650/2 (648) *ταῦτα πάντα περὶ τῆς Χαλκίδος τοῦ Ἀμφιδάμαντος καὶ τοῦ ἄθλου καὶ τοῦ τρίποδος ἐμβεβλῆσθαί φησιν ὁ Πλούταρχος οὐδὲν ἔχοντα χρηστὸν — πάντα οὖν ταῦτα ληρώδη λέγων ἐκεῖνος ἀπ' αὐτῶν ἄρχεται τῶν εἰς τὸν καιρὸν τοῦ πλοῦ συντεινόντων „ἤματα πεντήκοντα —"* p. 367 fin.

Neque quamquam in scholiis causa non addita est 375 expunxerit (*Πλούταρχος τοῦτον τὸν στίχον χαράττει*) nisi quod abundaret et absurdus videretur. Sed 244/5 delevit[16]) quod non in omnibus libris scripti erant *δεῖ δὲ συνάπτειν τὸ „λιμὸν ὁμοῦ καὶ λοιμόν" τοὺς* (Wyttenb. *τοῖς* vulg.) *ἐν πολλοῖς φερομένους* (Wytt. *—οις* vulg.) *ὑπερβάντα δύο στίχους „ἢ τῶν γε στρατὸν εὐρὺν —" καὶ τὰ*

---

[16]) **Versus 342/3 a Plutarcho obelo notatos esse affirmat Goettl. not. crit. ad 342: idemque Schoemannus docet „de Plutarchi autem judicio proximos duos versus propter sententiam Hesiodo indignam expungentis disputare non opus est". Comment. p. 37. Hoc unde resciverint me nescire fateor.**

ἑξῆς. 178. 10. Nec propter aliquod sententiae vitium sed quia ex Homeri ρ 347. Ω45 translati essent v.v. 317/8 fines migrare jussit. *καὶ τοῦτον καὶ τὸν ἑξῆς παρεμβεβλῆσθαι ληφθέντας ἀπὸ τοῦ Ὁμήρου καὶ Πλούταρχος εἶπεν.* 210 fin. Adjecta vocula *καὶ* etiam alios hos versus damnasse edocemur.[17]) Ampliorem sibi flagitant disputationem v.v 376/8. Et versus 376 quae antiqua et genuina forma quaeque sententia sit Schoemannus in commentatione crit. p. 39 exposuit eademque est propter quam Plutarchus poetam de frat. am. 6. X p. 42 perstrinxit. *εὖ γέ τοι καὶ Ὅμηρος πεποίηκε Τηλέμαχον ἐν συμφορᾷ τὸ ἀνάδελφον τιθέμενον 'ὧδε γὰρ ἡμετέρην γενεὴν μούνωσε Κρονίων'. ὁ δὲ Ἡσίοδος οὐκ εὖ παραινεῖ μουνογενῆ παῖδα τῶν πατρῴων ἐπίκληρον εἶναι καὶ ταῦτα τῶν μουσῶν γεγονὼς μαθητής.* Nimirum absurda et liberaliter educato homine indigna haec sententia videri debebat: itaque his verbis schol. a. l. p. 237. 10 incipit *δόξειεν ἂν ἄτοπος ὁ στίχος εἶναι καὶ ἀγανακτοῦντος ὅτι γέγονεν οὐ μόνος τῷ πατρί.* Jam sequitur Plutarchi interpretatio: *μήποτε φησὶν ὁ Πλούταρχος καὶ Πλάτων ἕπεται τῷ Ἡσιόδῳ καὶ Ξενοκράτης καὶ Λυκοῦργος πρὸ τούτων· οἳ πάντες ᾤοντο δεῖν ἕνα κληρονόμον καταλιπεῖν· καὶ τοῦτο ἦν τὸ ὑπὸ Ἡσιόδου λεγόμενον.* Nescire igitur se dicit an praeceperit poeta non ut unus omnino filius esset sed ut unus patrimonii heres esset ne dispertiendo res familiaris diminueretur.[18]) Quae interpretatio quodam modo versu 378 commendabatur *γηραιὸς δὲ θάνοις ἕτερον παῖδ' ἐγκαταλείπων:* quo cum de altero filio ageretur qui quasi subsidiarius esset demonstrari videbatur *μουνογενῆ παῖδα* non nisi illo modo explicandum esse. Sic etiam illud absurdi crimen quod altera illa interpretatione in poetam ceciderat dilutum erat: nec dubito quin haec ut a Plutarcho profecta verbis supra exscriptis adjungenda sint *τὸ δὲ ἑπόμενον στιχίδιον ἔτι μᾶλλον λύει τὴν διαβολήν* 237. 21 resectis eis quae de suo scholiasta interposuit *δοκεῖ-οἶκον.* Quod si recte disputatum est Plutarchum nec versum 377 legisse neque auctorem esse ejus notae quae schol. 238. 4 traditur *τὸ δέ γε 'γηραιὸς δὲ θάνοις' παρέγγραπτον ὡς ἀδιανόητον* apparet firmaturque eo quod supra p. 4 de Tzetzae scholio a. l. *οἱ περὶ Πρόκλον καὶ Ἀρίσταρχον ἢ Πλούταρχον ἀδιανόητον τοῦτό φασιν εἶναι καὶ περισσόν* exposui. Praeterea vero illa nota vehementer dubito num vere ad 378 pertineat: qui ineptus dici poterat et ut pugnans cum v. 376 reici ab eis qui vulgarem h. v. interpretationem sequebantur: inextricabilis et cujus sententia erui non posset dici non poterat. Sed *ἀδιανόητος* v. 377 eis videri debebat qui v. 376 *σώζοι* legerunt cum infinitivus *φερβέμεν* non haberet quo referretur: itaque suspicor illa verba *τὸ δέ γε-παρέγγραπτον ὡς ἀδιανόητον* primum ad v. 377 adscripta male ad v. 378 translata esse.

---

[17]) Aristarchus contra Ω 45 obelo notavit *ὅτι ἐκ τῶν Ἡσιόδου μετενήνεκται·* cf. Schoem. comment. p. 36.

[18]) Hanc suam interpretationem Plutarchus illum locum de frat. am. 6 scribens aut oblitus aut aspernatus est ut antithesin illam Homeri Hesiodique efficeret.

Denique v.v. 561/3 delevisse videtur quod hi epilogici versus ab h. l. alieni viderentur.[19]) At 370/2 ab aliis exterminatos Hesiodo vindicasse traditur *τούτους δέ τινες τοὺς στίχους ἐξέβαλον. ὁ δὲ Πλούταρχος ἐγκρίνει· δεῖν γὰρ καὶ τὸν φίλον συνεργὸν παραλαμβάνειν ἐπὶ ὡρισμένῳ μισθῷ. τούτῳ δ' ὅμοιον καὶ τὰ πρὸς τοὺς ἀδελφοὺς συναλλάγματα μὴ ἀμάρτυρα ποιεῖσθαι.*

Quale Plutarchi exemplar fuerit scholiis non posse cognosci apparet ex eis quae supra exposuimus: sed cum in libris suis saepissime et singulos versus et majores carminis partes attulerit aut significarit nos omnibus quae exstant scriptis ejus excussis quid inde redundet exponemus. Tertium igitur et nonagesimum versum quem a plurimis mss. abesse interpretes a. l. docent ut Homericum citat de aud. poet. 5 VII. p. 91 *καὶ γὰρ τῇ κακότητι ποτὲ μὲν ἰδίως σημαίνουσι κακίαν καὶ μοχθηρίαν ψυχῆς ὡς Ἡσίοδος 'τὴν μὲν γὰρ κακότητα καὶ ἰλαδόν ἐστιν ἑλέσθαι'. ποτὲ δὲ ἄλλην τινα κάκωσιν ἢ δυστυχίαν ὡς Ὅμηρος 'αἶψα γὰρ ἐν κακότητι βροτοὶ καταγηράσκουσιν'.* Nec v. 99 qui „a nonnullis mss. abest" apud eum eo loco legi quo 94/104 affert cons. ad Ap. (7) VII p. 326 alii monuerunt. Neque ubi v. 318 utitur ab ea sententia quam in commentario tulerat recessit de vit. pud. 2 X 165 *ἀλλ' ἡμῖν χρῆσθαι τοῖς ὀνόμασιν ἀσυκοφαντήτως δότωσαν, μᾶλλον δὲ ὁμηρικῶς· καὶ γὰρ ἐκεῖνος εἶπεν.*

αἰδὼς ἥ τ' ἄνδρας μέγα σίνεται ἠδ' ὀνίνησιν.

καὶ οὐ κακῶς τὸ βλάπτειν αὐτῆς πρότερον εἶπε.

Neque descivit a se de Stoic. repugn. 22. XIII. p. 370 *ἐν δὲ τῷ πέμπτῳ πάλιν περὶ φύσεως λέγει καλῶς μὲν ἀπαγορεύειν τὸν Ἡσίοδον εἰς ποταμοὺς καὶ κρήνας οὐρεῖν* ubi Hesiodo versus 757/8 tribuuntur quos a Plutarcho Hesiodo abjudicatos esse aliunde scimus. Chrysippi enim haec verba sunt a Plutarcho adlata. Sed ordo versuum 255. 266 in ejus exemplari permutatus fuisse videtur: quod si non statuitur non intellegitur cur de ser. num. vind. X p. 235 sic scripserit *τὰ λοιπὰ δὲ Ἡσιόδου χρῆναι νομίζω* (Ruhnk. *χρὴ νομίζειν* vulg.) *ἀκροᾶσθαί λέγοντος οὐχ ἣ Πλάτων ἀκόλουθον εἶναι τιμωρίαν ἀδικίας πάθην* (edd. inde a Xyl.: *παθεῖν* ll.) *ἀλλ' ἡλικιῶτιν ἐκ τῆς αὐτῆς ὁμόθεν χώρας καὶ ῥίζης συνυποφυομένην. 'ἡ γὰρ κακὴ βουλὴ τῷ βουλεύσαντι κακίστη'*·[20]) *καὶ 'ὅς δ' ἄλλῳ κακα τεύχει*

---

[19]) Etiam prooemium uti multos grammaticos ita Plutarchum pro spurio habuisse Gaisfordius ad E. 1 „nec agnoscere videtur Plutarchus" fortius nuper C. F. Hermannus diss. de Hes. Opp. prooem. Ind. lectt. Gott. 1855 contenderunt. At minime hoc eo loco quem attulerunt probatur Quaestt. Natt. IX. 2 *διὸ πρῶτον μὲν ἐκέλευσεν ᾆσαι τὸν Ἐράτωνα πρὸς τὴν λύραν. ᾄσαντος δὲ τὰ πρῶτα τῶν Ἔργων 'οὐκ ἄρα μοῦνον ἔην ἐρίδων γένος' ἐπῄνεσεν ὡς τῷ καιρῷ πρεπόντως ἁρμοσάμενον.* Vere hic versus initium *Ἔργων* dicitur: prooemium invocatio deorum est: de *ἔργοις* h. v. incipit poeta disserere.

[20]) Iterum hoc versu usus est de aud. poet. 12 (14) VII p. 123 *καὶ τὸ*

ἡ δὲ κακὴ βουλὴ τῷ βουλεύσαντι κακίστη

ταὐτόν ἐστι τοῖς Πλάτωνος ἐν Γοργίᾳ καὶ πολιτείᾳ δόγμασι. quae secuntur cancellis in editione Hutte-

ἑον κακὸν ἤπατι τεύχει. Sed in hoc ipso versu memoria eum destituit: nam Hesiodus haec dixit οἷ αὐτῷ κακὰ τεύχει ἀνὴρ ἄλλῳ κακὰ τεύχων quae noster cum simillimo illo versu Demetrii Chii confudit: hunc enim ejus auctorem esse Aristoteles est gravissimus testis rhet. III 9 ὥστε γίνεται ὃ ἔσκωψε Δημόκριτος ὁ Χῖος εἰς Μελανιππίδην ποιήσαντα ἀντὶ τῶν ἀντιστρόφων ἀναβολάς.

οἷ τ' αὐτῷ κακὰ τεύχει ἀνὴρ ἄλλῳ κακὰ τεύχων.

ἡ δὲ μακρὰ (sic Bek.) ἀναβολὴ τῷ ποιήσαντι κακίστη.

A quo Cyrenaeus poeta eum mutuatus est si quidem Eustathio in hac re fidem habere licet ad Ε 64 τὸ δὲ οἷ τ' αὐτῷ ἀρχὴ γέγονε γνωμικοῦ πρῶτα μὲν Ἡσιόδου εἶτα καὶ Καλλιμάχου τοῦ εἰπόντος ὡς ὁ τεύχων ἑτέρῳ κακὸν ἑῷ κακὸν ἤπατι τεύχει.[21]) Idemque nimium memoria fretus in versu 705 passus videtur si quidem Plutarchi ea est lectio quam ejus libri praebent de cup. div. 7. X. p. 158 ὥσπερ ἡ παρ' Ἡσιόδῳ γυνὴ

εὕει ἄτερ δαλοῦ καὶ ἐν ὠμῷ γήραϊ θῆκεν.

Nam quam lectionem major librorum pars praebet — paucos enim quosdam idem error occupavit — eam de virt. et vit. (2) VII p. 313 secutus est ἀλλ' ἀεὶ συνοικοῦσα τοῖς σπλάγχνοις καὶ προσπεφυκυῖα νύκτωρ καὶ μεθ' ἡμέραν

εὕει ἄτερ δαλοῦ καὶ ὠμῷ γήραϊ δῶκεν.[22])

Alteram autem illam clausulam ut in Hesiodi versum inferret Homeri simillimo versu perductus est ο 357

ἥ Fε μάλιστα

ἤκαχ' ἀποφθιμένη καὶ ἐν ὠμῷ γήραϊ θῆκεν.

Sed in v. 123 ἁγνοὶ veram esse lectionem et locorum consensus et adsensus Platonis confirmant. de def. orac. 39 IX p. 363. εἰ γὰρ αἱ διακριθεῖσαι σώματος ἢ μὴ μετασχοῦσαι τὸ παράπαν ψυχαὶ δαίμονές εἰσι κατὰ σὲ καὶ τὸν θεῖον Ἡσίοδον[23])

ἁγνοὶ ἐπιχθόνιοι φύλακες θνητῶν ἀνθρώπων.

---

niana septa περὶ τοῦ τὸ ἀδικεῖν κάκιον εἶναι τοῦ ἀδικεῖσθαι καὶ τοῦ κακῶς πάσχειν τὸ ποιεῖν κακῶς βλαβερώτερον ad verbum fere concinunt cum eis quae in schol. ant. a. l. leguntur τὸ γὰρ κακοποιεῖν μεῖζον τοῦ πάσχειν τὰ κακὰ πάντως κακόν· ὡς καὶ τὸ ἀγαθοποιεῖν μεῖζον ἀγαθὸν τοῦ πάσχειν (nos: πάσχοντος ll.) εὖ. ut hoc scholion inter fragmenta commentarii referendum sit.

21) Hemistichiis enim antiquiorum poetarum saepius sua carmina exornavit fr. 289 = ο 231. fr. 316 = Ε 403 cf. Naek. Call. Hec. p. 132. decantatum illud Κρῆτες ἀεὶ ψεῦσται = h. Jov. 8. ἐκ δὲ Διὸς βασιλῆες Hes. 96 = h. Jov. 79: integros versus non transtulit.

22) Vitium illud quod tertii spondei foedissimo hiatu καὶ ὠμῷ efficitur sic tollas δαλοῖο καὶ.

23) θεῖος Hesiodus et Homerus dicuntur ut ἀοιδοί: θεῖος ἀοιδός α 336. δ 17. 43. 87. all. Moneo hoc quod quidam ideo Homerum θεῖον dictum esse contendit quod in heroum numerum receptus esset.

Ib. 12 p. 321 *τοὺς δὲ πάνυ σεμνῶς ὁ Ἡσίοδος ἁγνοὺς προσεῖπε πλουτοδότας καὶ τοῦτο γέρας βασιλήιον ἔχοντας.* de Js. et Os. 26 VII. 136 *τοὺς δὲ χρηστοὺς πάλιν καὶ ἀγαθοὺς ὅ τε Ἡσίοδος ἁγνοὺς δαίμονας καὶ φύλακας ἀνθρώπων προσαγορεύει* (*καὶ* ins. Squir.) *πλουτοδότας καὶ τοῦτο γέρας βασιλήιον ἔχοντας.*[24]) Quodsi editores antiquorum scriptorum auctoritati in v. 288 obtemperarunt voce *λείην* pro *ὀλίγην* reposita (accedit autem ad eos quos attulerunt auctores Plutarchi testimonium de prof. virt. sent. (5) VII. p. 248 *τούτῳ δὴ ὁμοῦ τι ταὐτόν ἐστιν ἢ σύνεγγυς τὸ πρεσβύτατον δήλωμα προκοπῆς τοῦ Ἡσιόδου μηκέτι προσάντη μηδ' ὄρθιον ἄγαν ἀλλὰ ῥᾳδίαν καὶ λ ε ί α ν καὶ δι' εὐπετείας εἶναι τὴν ὁδὸν οἷον ἐ κ λ ε α ι ν ο μ έ ν η ν τῇ ἀσκήσει*) etiam h. l. eis mss. nostri cedant.

Jam qui restant loci ei ita comparati sunt ut ad verba poetae emendanda nil inde erui possit: eos itaque exscripsisse satis habeo.

25. de tranq. an. 13. X p. 22.

26. *σοφιστὴν δὲ κωλύω συγκατακλίνεσθαι σοφιστῇ καὶ ποιητην ποιητῇ·*

πτωχὸς γὰρ πτωχῷ φθονέει καὶ ἀοιδὸς ἀοιδῷ.

Sympos I. 2. 6. XI. p. 21. ubi propter orationem *πτωχὸς γὰρ* pro Hesiodeo *καὶ πτωχὸς* scripsit. versus 24/6 significavit de cap. ex host util. VII. 285.

40. *τὸ δὲ*

νήπιοι οὐδ' ἴσασιν ὅσῳ πλέον ἥμισυ παντός.

καὶ τό

ἡ δὲ κακὴ βουλὴ τῷ βουλεύσαντι κακίστη

ταὐτόν ἐστι τοῖς Πλάτωνος ἐν Γοργίᾳ καὶ Πολιτείᾳ δόγμασι περὶ τοῦ τὸ ἀδικεῖν κάκιον εἶναι τοῦ ἀδικεῖσθαι καὶ τοῦ κακῶς πάσχειν τὸ κακῶς ποιεῖν βλαβερώτερον.[25]) de aud. poet. 12. VII p. 123. quibuscum mire concinunt quae in schol. ant. 263. p. 186. 15 leguntur *τὸ γὰρ κακοποιεῖν μεῖζον τοῦ πάσχειν τὰ κακὰ πάντως κακόν· ὡς καὶ τὸ ἀγαθοποιεῖν μεῖζον ἀγαθὸν τοῦ πάσχειν* (*—οντος* ll.) *ἔν* quod inter fragmenta Plutarchea referendum videtur.

41. *ἠνίξατο μὲν Ἡσίοδος εἰπών*

οὐδ' ὅσον ἐν μαλάχῃ τε καὶ ἀσφοδέλῳ μεγ' ὄνειαρ·

ἔργῳ δ' ἐμφανῆ παρέσχεν Ἐπιμενίδης διδάξας ὅτι μικρῷ παντάπασιν ἡ φύσις ὑπεκκαύματι ζωπυρεῖ καὶ συνέχει τὸ ζῷον ἂν ὅσον ἐλαίας μέγεθος λάβῃ μηδεμιᾶς ἔτι τροφῆς δεόμενον de fac. in orb. lun. 25

---

[24]) Significat h. l. ita ut ad lectionem nil inde elici possit de gen. Socr. 23 X p. 35 *αἱ δ' ἀπηλλαγμέναι γενέσεως ψυχαὶ καὶ σχολάζουσαι τὸ λοιπὸν ἀπὸ σώματος οἷον ἐλεύθεραι πάμπαν ἀφιέμεναι δαίμονές εἰσιν ἀνθρώπων ἐπιμελεῖς καθ' Ἡσίοδον.*

[25]) Verba *περὶ — βλαβερώτερον* Huttenus uncinis sepsit causa non addita. Wyttenb. editio quid praebeat nescio cum in *ἀβίβλῃ* hac urbe ejus editio non exstet.

XIII. p. 83. ὁ δὲ Σόλων ἔφη θαυμάζειν τὸν Ἄρδαλον εἰ τὸν νόμον οὐκ ἀνέγνωκε τῆς διαίτης τοῦ ἀνδρὸς ἐν τοῖς ἔπεσι τοῦ Ἡσίοδου γεγραμμένον. ἐκεῖνος γάρ ἐστιν ὁ πρῶτος Ἐπιμενίδῃ σπέρματα τῆς τροφῆς ταύτης παρασχὼν καὶ ζητεῖν ὁ διδάξας

ὅσον ἐν μαλάχῃ τε καὶ ἀσφοδέλῳ μέγ' ὄνειαρ.

sept. sap. conv. 14. VIII. p. 33. de Epimenide eadem fere schol. a. l. ex Hermippi libro de septem sapientibus affert.

42. de an. 4. XIV. p. 274 si quidem Plutarchi est hoc fragmentum.

45/6 πῶς οὖν οὐκ ἂν[26]) τῷ Ἡσιόδῳ τὸ πηδάλιον ὑπὲρ καπνοῦ κείμενον

ἔργα βοῶν δ' ἀπόλοιτο καὶ ἡμιόνων ταλαεργῶν

sept. sap. conv. 14. VIII. p. 34 sed orationis tenor flagitat τ' pro δ'. utrumque versum affert de cupid. divit 8.

78. εὐχώμεθα τοῖς θεοῖς ἀεὶ μοχθηρίαν εἶναι

ψεύδεά θ' αἱμυλίους τε λόγους καὶ ἐπίκλοπον ἦθος

εἰ τούτων ἀναιρεθέντων οἴχεται φροῦδος ἡ ἀρετὴ καὶ συναπόλωλεν; Adv. Stoic. 13. XIV. p. 20.

86. καὶ μὴν ὁ Ἡσίοδος τὸν Προμηθέα ποιῶν τῷ Ἐπιμηθεῖ παρακελευόμενον

μή ποτε δῶρα

δέξασθαι πάρ (παρὰ II.) Ζηνὸς Ὀλυμπίου ἀλλ' ἀποπέμπειν.

de aud. poet. 4 VII p. 88 ubi quamvis omnes fere editores ad Hesiodi textum δῶρον scripserint δῶρα propter ea quae secuntur servandum est ἐπὶ τῇ τῆς τύχης δυνάμει τῷ Διὸς ὀνόματι κέχρηται· τὰ γὰρ τυχηρὰ τῶν ἀγαθῶν Διὸς κέκληκε, πλούτους καὶ γάμους κ. τ. λ. Accedit quod etiam altero in loco ubi hoc versu utitur δῶρα libri praebent de fort. VII p. 310 ἤπου καλῶς ὁ Ἡσιόδου Προμηθεὺς τῷ Ἐπιμηθεῖ παρακελεύεται μήποτε δῶρα δέξηται παρὰ Ζηνὸς Ὀλυμπίου.

94/104 cons. ad Apoll. VII p. 326. Editio Hutteniana his locis recedit a textu Hesiodeo 97 δὲ μήδετο Pl. / δ' ἐμήσατο. Hes. 97 ἔμεινε / ἔμιμνε. 99 omissus est. cf. Schoem. a. l. 102 ἐφήμεροι / ἐφ' ἡμέρῃ. ib, αἱ δ' / ἠδ'. Praeterea v. 101. legitur cons. ad Ap. VII p. 351 ubi γὰρ post μὲν propter orationis structuram omissum est: 104 autem iterum obvius est de tuend. sanit. VII p. 384.

201 ss. significavit sept. sap. conv. 14. VIII p. 35.

233 affertur in fragm. ab Eusebio servato XIV p. 291.

242/3 leguntur in eo loco quem e Chrysippi primo libro de justitia excerptum libro de Stoicorum repugn. 15 XIII p. 357 inseruit καὶ ὁμοίως ἐν τῷ πρώτῳ περὶ Δικαιοσύνης τὰ Ἡσιόδεια ταυτὶ προενεγκάμενος·

---

[26]) ἐν vulg. v. Hutt. a. l.

τοῖσιν δ' οὐρανόθεν μέγ' ἐπήλασε πῆμα Κρονίων
λιμὸν ὁμοῦ καὶ λοιμόν· ἀποφθινύθουσι δὲ λαοί.

ἐπήγαγε pro *ἐπήλασε* ll. Hesiodi praebent.

256. *ἡ δέ γε παρθένος ἐστὶ*

καθ' Ἡσίοδον ἀδιάφθορος αἰδοῦς καὶ σωφροσύνης καὶ ἀφελείας (Xyl. Wytt. *ὠφελείας* ll.) *σύνοικος.* ad princ. inerud. 4 XII p. 94.

276 ss. *οὐδὲν οὖν φάρμακον οὐδ' ἴαμα τῆς τὸν βίον ἀναιρούσης ἢ τὴν δικαιοσύνην ἀπορίας οὐδὲν ἔχομεν ἂν μὴ τὸν ἀρχαῖον ὅρον καὶ νόμον φυλάττωμεν ᾧ καθ' Ἡσίοδον ὁ τὰς φύσεις διελὼν καὶ θέμενος ἰδίᾳ τῶν γενῶν ἑκάτερον*

ἰχθύσι μὲν καὶ θηρσὶ καὶ οἰωνοῖς πετεηνοῖς
ἔσθειν ἀλλήλους ἐπεὶ οὐ δίκη ἐστὶ μετ' αὐτοῖς·
ἀνθρώποισι δ' ἔδωκε δίκην.

ἐστιν ἐν αὐτοῖς ll. Hesiodei praebent.

299. prius hemistichium in Chrysippi verbis legitur a Plutarcho allatis de Stoic, repugn. 30 XIII p. 379 *ὅτε δὲ παραθέμενος τὰ τοῦ Ἡσίοδου*

ἐργάζευ Πέρση, δῖον γένος

ἐπιπεφώνηκεν ὅτι τἀναντία παραινεῖν μανικόν ἐστι τὸ μὴ ἐργάζου Πέρση δῖον γένος.

309 ss. comp. Arist. et Cat. 3 significavit.

311. *ἐν δὲ τοῖς τότε χρόνοις καθ' Ἡσίοδον ἔργον οὐδὲν ἦν ὄνειδος* Sol. 2.

313. *Πλούτῳ δ' ἀρετὴ καὶ κῦδος ὀπηδεῖ.*
de aud. poet. 5. VII p. 91.

342. *οὐ γελοῖον οὖν ὥς φασί τινες οὐδ' ἀβέλτερον ἀλλὰ σόφον τὸ τοῦ Ἡσίοδου·*

τὸν φιλέοντ' ἐπὶ δαῖτα καλεῖν, τον δ' ἐχθρὸν ἐᾶσαι.

μὴ δυσωποῦ τὸν μισοῦντα μηδ' ὑπέκβαλε (corruptum est v. not. crit. a. l.) *πιστεύειν δοκοῦντα. κληθήσῃ γὰρ καλέσας καὶ δειπνήσεις ἂν δειπνίσῃς, ὥσπερ βαφὴν τὴν φυλάττουσαν ἀπιστίαν μαλαχθεῖσαν αἰσχύνῃ προέμενος* de vit. pud. 4 X p. 168. Veri simillimum est in commentario quoque poetam a Plutarcho contra cavillationes aliorum defensum esse et egregiam prudentemque illam sententiam esse exemplis eum probavisse ut etiam allato loco eis quae praecedunt docuit in ipsis conviviis saepe insidias a scelestis hominibus structas esse. Et cum haud raro se ipsum descripserit proclive est suspicatu hunc locum si non translatum at colorem certe traxisse ex commentario. In scholio antiquo a. l. nil inest quod Plutarchum prodat.

348. *ὅ τε γὰρ Ἡσίοδος εἰπὼν*

οὐδ' ἂν βοῦς ἀπόλοιτ' εἰ μὴ γείτων κακὸς εἴη.

καὶ περὶ κυνὸς αὐτὸ καὶ περὶ ὄνου λέγει καὶ περὶ πάντων ὁμοίως τῶν ἀπολέσθαι δυναμένων. de aud.

poet. 11. VII p. 118. Agnosces igitur Plutarchum in fine schol. a. l. *ἢ οὐ μόνον τὸν κατὰ τὴν κώμην γείτονα* (exciderunt pauca quaedam) — — — *ἀλλὰ τὰ κτήνη τὰ ἐν τῇ ἀγροικίᾳ ἢ πᾶν ὁτιοῦν κτῆμα* p. 226. 17.

361/2 laudantur de prof. virt. sent. VII p. 244 de educ. lib. 13 VII. 36.

[368. *ὁ μὲν γὰρ Ἡσίοδος*

ἀρχομένου τε πίθου καὶ λήγοντος κορέσασθαι

φησὶ δεῖν Galb. 16 ubi *τε* scriptum est ut orationi insereretur versus.]

370 *ἦν δὲ τῆς σοφίας ἐκείνης τοιαύτη τις ὡς ἔοικεν ἰδέα καὶ δύναμις οἵᾳ χρησάμενος Ἡσίοδος εὐδοκιμεῖ μάλιστα περὶ τὰς ἐν τοῖς ἔργοις γνωμολογίας. καὶ μίαν γε τούτων ἐκείνην λέγουσι Πιτθέως εἶναι*

μισθὸς δ' ἀνδρὶ φίλῳ εἰρημένος ἄρκιος ἔστω.

τοῦτο μὲν οὖν καὶ Ἀριστοτέλης ὁ φιλόσοφος εἴρηκεν. Thes. 3 scholion antiquum a. l. excidisse videtur: nec Tzelza quidquam adnotavit.

371 de vit. pud. 10. X p. 175.

465 significatur de superst. 7. VIII p. 73.

471. *τὰ δὲ προσκρούοντα τοῖς κέρασι τῶν βοῶν οὐ τυγχάνει τῆς ἀρίστης καθ' Ἡσίοδον εὐθημοσύνης.* Symp. VII. 2. 3. XI. p. 294 Hesiodi autem verba haec sunt *εὐθημοσύνη γὰρ ἀρίστη.*

519 significatur tranq. an. 2. X p. 2.

524 significavit 525 exscripsit solert. anim. 9 XIII. p. 154.

585 complures locos significavit Sept. Sap. conv. 14. VIII. p. 34 *ἰατρικὸς γὰρ Ἡσίοδος ὢν δῆλός ἐστιν οὐκ ἀμελῶς οὐδ' ἀπείρως περὶ διαίτης καὶ κράσεως οἴνου καὶ ἀρετῆς ὕδατος* (585 ss.) *καὶ λούτρου γυναικῶν* (753/4) *διαλεγόμενος καὶ συνουσίας καιροῦ* (755/6) *καὶ βρεφῶν καθίσεως* (750/2). cf. schol. ant. p. 408. 1.

595. attulit Symp. VIII. 5. Vol. IX. p. 365. ubi *τ'* post *κρήνης* propter orationem omisit.

643 *οἷόν ἐστι*

νῆ' ὀλίγην αἰνεῖν, μεγάλῃ δ' ἐνὶ φορτία θέσθαι.

τῷ μὲν γὰρ αἰνεῖν σημαίνεται τὸ ἐπαινεῖν· αὐτῷ δέ τῷ ἐπαινεῖν ἀντὶ τοῦ παραιτεῖσθαι νῦν κέχρηται καθάπερ ἐν τῇ συνηθείᾳ καλῶς φαμὲν ἔχειν καὶ χαίρειν κελεύομεν ὅταν μὴ δεώμεθα μηδὲ λαμβάνωμεν. οὕτω δὲ καὶ τὴν ἐπαινὴν Περσεφόνειαν ἔνιοί φασιν ὡς παραιτητὴν εἰρῆσθαι. aud. poet. 5. VII p. 86. Idem in commentario scholiastam legisse docet haec ejus adnotiuncula *αἰνεῖν δέ τινες*[17]) *παραιτεῖσθαι παρέλαβον ὥσπερ ἐπαινὴν Περσεφόνειαν.* p. 366. 15.

---

[17]) Hoc igitur loco ipse Plutarchus inter hos *τινὰς* refertur: alibi eis opponitur ut 370 *τούτους δέ τινες τοὺς στίχους ἐξέβαλον· ὁ δὲ Πλούταρχος ἐγκρίνει.*

696/8 *ἐκεῖνα δ' οὐ λέγεις, Πρωτογένης εἶπεν, ὅτι κινδυνεύομεν ἀναστρέφειν ἀτόπως καὶ γελοίως τὸν Ἡσιόδου ἐκεῖνον λόγον* (Reisk. *Ἡσίοδον ἂν ἐκείνου λόγος* vulg.)

μήτε τριήκοντ' ὤν ἐτέων μάλα πόλλ' ἀπολείπων
μήτ' ἐπιθεὶς μάλα πολλά. γάμος δέ τοι ὥριος οὗτος.
ἡ δὲ γυνὴ τέτορ' ἡβῴη, πέμπτῳ δὲ γαμοῖτο.

τριήκοντ' ὤν et *ἡβῴη* scribis deberi videntur.

707. frat. am. 20. X p. 66.

717/8 aud. poet. 5. VII. p. 88. ubi *τέτλα ὀνειδίζειν* pro eo quod apud Hesiodum legitur *τέτλαθ' ὀνειδίζειν* scribarum inventum est.

735/6. ser. num. vind. 20. X p. 254 sed *δυστήνοιο* prava est lectio pro nostra *δυσφήμοιο.*

742/3 *καὶ γὰρ τὸν Ἡσίοδον οἴεσθαι δεῖ λέγοντα*

μηδ' ἀπὸ πεντόζοιο θεῶν ἐν δαιτὶ θαλείῃ
αὖον ἀπὸ χλωροῦ τάμνειν αἴθωνι σιδήρῳ

διδάσκειν ὅτι δεῖ καθαροὺς τῶν τοιούτων γενομένους ἑορτάζειν οὐκ ἐν αὐταῖς ταῖς ἱερουργίαις χρῆσθαι καθάρσει καὶ ἀφαιρέσει τῶν περιττωμάτων. de Is. et Os. 4. IX p. 106 ungues esse resecandos priusquam quis rem sacram adeat de suo Plutarchus addidit: sed idem cum legatur in schol. ant. a. l. hoc ipsum ex Plutarchi adnotatione derivatum esse apparet.

744/5. de aud. poet. 8. VII p. 102. Ante oculos hunc locum habuit sept. sap. conv. 13. VIII p. 30 *ὅταν δὲ τοιοῦτοι συνέλθωσιν ἄνδρες οἵους ὁ Περίανδρος ὑμᾶς παρακέκληκεν οὐδὲν ἔργον ἔστω, οἶμαι, κύλικος οὐδ' οἰνοχόης ἀλλ' αἱ μοῦσαι καθάπερ κρατῆρα νηφάλιον ἐν μέσῳ προθέμεναι τὸν λόγον ᾧ πλεῖστον ἡδονῆς ἅμα καὶ παιδιᾶς καὶ σπουδῆς ἔνεστιν, ἐγείρουσι τούτῳ καὶ κατάρδουσι καὶ διαχέουσι τὴν φιλοφροσύνην ἐῶσαι τὰ πολλὰ τὴν οἰνοχόην ἀτρέμα κεῖσθαι κρατῆρος ὕπερθεν ὅπερ ἀπηγόρευσεν Ἡσίοδος ἐν τοῖς πίνειν μᾶλλον ἢ διαλέγεσθαι δυναμένοις.* Haec interpretatio in schol. a. l. non invenitur.

748. Symp. 7. 4. 4. XI p. 301. pro *μηδ'* scripsit *οὐ* ut orationi versum insereret. cf. schol. a. l.

763. Symp. 9. 1. 3. XI p. 400.
